13

Presented to the Library
BY
Dr. William Osler

~~NN 1 28~~ NA 3

Class 471·7 Book Od 232

No. 93

Library of the Faculty of Medicine
McGILL UNIVERSITY
MONTREAL
Received 1912

FROM
THE LIBRARY
OF
SIR WILLIAM OSLER, BART.
OXFORD

549

6

— *Rome.*

7549. In Latin, on parchment: written in 1695 at Rome: $9\frac{1}{8} \times 6\frac{3}{8}$ in., 8 leaves: with illuminated title-piece, &c.: in contemporary binding of brown leather finely tooled in gold.

Diploma of the University of Rome, conferring upon Petrus Adenelle, son of Paschasius Adenelle, of Ghent, the degree of doctor of philosophy and medicine, 8 March, 1695; signed by G. M. Lancisi as vice-chancellor, Lucas Thomasinus, protomedicus, and others.

Diplôme de Dr en médecine
délivré à Pierre Adenelle
de Gand, par l'archigymnase
de Rome le 8 mai 1695
et signé des profs Lancisi,
etc.

93

[illegible] van [illegible]
der medecijnen [illegible]
[illegible]
[illegible] mr. Petrus [illegible],
[illegible]
[illegible] mr. Petrus [illegible]
[illegible]
[illegible] van [illegible]
[illegible] van [illegible] 5 [illegible]
[illegible] 1695

[illegible signature]

IN NOMINE DOMINI · AMEN ·

GLORIOSA Studiorum Mater, & virtutum altrix VRBS ROMA quæ inter omnes Mundi Partes celeberrima Scientiar; omnium studio decorata existit, atque singularibus Priuilegijs Pontificijs, & Imperialibus sublimata, cuius etiam in toto Terrar; Orbe veneranda, famosissima, & antiquissima Clarissimor; Doctor; vndecumq; confluentium authoritas Sydereis veluti Splendoribus illustrata obtinet Principatum, illos dumtaxat ad publicam, & eminentem Cathedram, Supremiq; Doctoratus splẽdidissimam dignitatem erigit, & extol-

lit, quos longo exercitio, labore, studio, & disciplina spretis, relictisq; Mundi delicijs sese Doctrinæ penitus dantes, ipsam certè Philosophiæ, & Medicinæ diuinam Sciam adeptos maximis laudibus, & verissimis testimonijs accuratè reperit probatissimos, & quos præsertim subtilis examinis certamen dignos ad id promouet per concurrentium virtutum copiam, meritorumque excellentiam, itaut taliter promouendi apud vniuersos Mundi Principes, & Rectores pro eorum assistentia, & ad benemerendum de humano genere, ac eiusdem Ordinis singularibus Priuilegijs, prærogatiuis laudibus, & honoribus, ac dignitatum culmine, id quod omnium rerum prestantissima virtus expostulat, meritissimè veniant preferendi. Quod optimè intelligens PerIll.ᵉ & Excell.ᵉ D. PETRVS ADENELLE filius D. Paschasij Gandensis non obscuro genere ortus, Scientia preclarus, ingenio acutissimus, moribus modestus, & omni virtutum genere preditus Phiam, & Med.ᵐ humanæ naturæ non mediocre auxilium afferentem

in primis admirari cœpit, mox adipisci peroptauit, ad easq; facultates capessendas omne suum Studium, curam, animumque adiecit, ac tandem ex suis assiduis vigilijs, & Scholasticis actib. tam publicis, quam priuatis conferendo, argumentando, respondendo, & disputando ad eum Doctrinæ gradum summo Diuino fauente Numine peruenit, vt ab omnib. dignus inter Doctores connumerari iudicaretur. Quocirca Die 8. Mensis Martij, Anno à Natiuit.e D.N. IESV CHRISTI M.DC.XCV. Indict.e III., Pontus autem SS.mi D.N.D. INNOCENTII Diuina Prouidentia PAPÆ XII. Anno eius IV. Per Adm Ill.e & Exc.m D. Hieronymum Brasauolum eius Promotorem coram Per Ill.e & Exc.mo D. Io: Maria Lancisio Emin.mi & Reu.mi DD. Palutij Cardinalis de Alterijs S.R.E. Camerarij, Inclytiq; Romani Studij Vniuersitatis Cancellarij Vicesgerente, ac Per Ill.e & Exmo D. Luca Thomasino Almæ Vrbis, totiusq; Status Ecclesiastici S. Sedi Aplicę mediatè, & immediatè subiecti Protomedico Genli, nec non

Per Ill.ᵉ & Excell.ᵐⁱˢ DD Carolo Valesio,
Petro Paulo Reali, Antonio Placentio, Io-
anne Trullio Paulo Manfredo, Iacobo Sini-
baldo. Francisco Antonio Saltasbarra, &
Rodulpho Guidarello omnib. Artium
Phiæ, & Medicinæ Doctorib. eiusd. Colle-
gij solemniter pñtatus fuit, vt arduo tre-
mendo, et rigoroso examini suptor. DD.
Doctor. subijceretur, inquo quidem examine
d.ᵉ Exc.ˢ D. Petrus Adenelle puncta eidẽ
hesterno, die vt moris est assignata nẽ-
pe in Phia text: 45. lib. 2.ᵈⁱ Physicor. Na-
turam autem habent quæcumq; huiuoi
habent Principium. &c. In Med.ᵃ Aphor.
45. Sectionis 2.ᵉ Aphorismor. Hyppocratis
Non satietas, non fames, neq; aliud quid-
quam &c. miro ordine recitando, et facun-
dia singulari explicando, argumentisq; acu-
tè, & subtiliter non tam scholastico quàm
Doctoreo more respondendo Casumq; An-
ginæ sibi propositum curando adeò benè
segessit doctè, & eleganter, ac ità, & taliter
se habuit, quod fuit ab omnib., & singulis
d.ⁱ Collegij Doctorib. in Phia, & Med.ᵃ Doc-
tor idoneus, & sufficiens habitus, & repu-

tatus, & ob id ab eis concordi, & vnanimi
consensu viua voce iure meritò approbatus, ac
idoneus, et sufficiens, omnibusq; numeris
absolutus in Phia, et Med.ª Doctor iudicatus,
& habitus. Idcircò ptus PerIll.ᵉ, & Exc.ᵐᵘˢ D.
Ioēs M.ª Lancisius Vicesgerens anted.ˢ pro-
pter Scientiam, mores, & virtutes, quib.ˢ Omni-
potens DEVS ptum Excell.ᵉ D. Petrum
Adenelle illustrauit priuilegijs, & fauorib.ˢ
eum prosequi volens visis, & consideratis
videndis, & considerandis, interuenientibus
quoq; omnib.ˢ, & sing.ˢ requisitis tam de stylo,
quam de consuetudine XPI SALVATORIS
D.N. Beatissimæq; Matris MARIÆ semper
Virg.ˢ nominib.ˢ inuocatis Ap.ᶜᵃ auctᵉ, & qua
fungitur in hac parte, ac d.º præclaro Coll.º à
Summis Pontificib.ˢ concessa, & successiuè con-
firmata, pariterq; Consilio, & assensu oium d.ⁱ
Collegij Doctor; ibi existentium habita tamē
prius per eum quantum sufficere visum
fuit iuxta B. PII. Papæ V. litterar; specialʳ
ad id æditar; tenorem debita informatione
super eiusdē Excell.ᵉ D. Petri Adenelle
Religione pietate, & fide Catholica, factaque
per ipsum iuxta earumdē lrarum formam

de verbo ad verbum eiusdẽ fidei Catholicæ pro-
fessione, cum ad S. DEI Euangelia iurasset
ibidem palam, publicè, & solemniter profes-
sus fuit eamdem fidem vsq; ad extremum vi-
tæ spiritum omni studio, & virib. castè, sin-
cereq; se esse seruatur, alteroq; præstito soli-
to Iuramento iuxta formam statutoꝝ d.i Col-
legij in manib. pti Perill.s & Exc.mi D. Ioannis
M.æ Lancisij Vicesg.tis vere spopondit, vouit,
prestitit, & iurauit, pronunciauit, decreuit, &
declarauit ptũm Excell.s D. Petrum Adenelle
veluti meritissimum, & dignissimum in Phia,
& Med.a graduandum, doctorandum, & laure-
andum, ac Doctorem pariter, & Magrũm cre-
andum, & eligendum, ac ad culmen Doctora-
tus assumendum, & alioꝝ oium Phiæ, & Med.æ
Doctoꝝ ornatissimo, & amplissimo numero, &
ordini aggregandum fore, & esse prout ex
nunc graduauit, doctorauit, & aggregauit,
deditq; eidẽ Excell.i D. Petrò Adenelle tan-
quam sufficienti plenissimam licentiam, po-
testatem, & auctem Magistralem, seu Docto-
ralem Cathedram ascendendi, eamq; regen-
di, ibiq; publicè legendi, glossandi, interpre-
tandi, medendi, & alios quoscumq; actus in

Phia, & Med.ª Doctorales hic Romæ, & vbiq; Ciuitatum, Terraꝝ, et Locoꝝ gerendi, & exercendi iuxta formam dd: Statutoꝝ, ac omnib: emolumentis, honorib:, dignitatib:, gratijs, prærogatiuis, priuilegijs, immunitatib:, & Indultis, quib: Alij Philosophiæ, & Medicinæ Doctores in quacumq; Vniuersitate laureati vtuntur, potiuntur, & gaudent Ipsequoq; Excell.s D. Petrus Adenelle vtatur, fruatur, & gaudeat; Et vt ipse possessionem Doctoratus accepisse cognoscatur d.s Exc.s D. Hieronymus Brasauolus eius Promotor considerans cuiuslibet humani actus finem congruum appetendum esse habita prius eleganti de laudib: ipsius Excell.s D. Petri Adenelle oratione, eid. pñti ibidem, & postulanti Phiæ, & Med.æ insignia Doctoratus hac forma tradidit. P.mo in Cathedra Magrali & honoris Sede eum collocauit, 2.º Libros Phiæ, & Med.æ mox clausos, & demum apertos eid. prębuit; 3.º Biretum, seu Diadema Doctorale Capiti eiusd. imposuit, 4.º Annulo aureo Ipsum desponsauit, Postremo Pacis Osculum Magistrali cum benedictione pie, & feliciter exhibuit, vt prius Excell.s D. Petrus Adenelle Doctor sic laureatus, &

insignitus coronetur in Patria per eum, qui
Trinus, & vnus regnat DEUS per infini-
ta seculor; secula gloriosus Amen. Acta
fuerunt hec Romæ in Celeberrimo pro Ro-
mano Archigymnasio vbi Doctores creari
solent Anno, Indictione, Mense, Die, & Pon-
tificatu quib. sup.ª, Pntibus ibidem audienti-
bus, et intelligentib. PerIll.ᵉ, & Excell.ᵉ D. Iaco-
bo AercKelbout fil.º q. Leonardi Ganden.
I.V.D; ac PerIll.ᵉ & Excell.ᵉ D. Liuino De-
somer filio D. Lucæ Ganden. Sac. Theol.æ
Doctore Testib. ad præd.ª vocatis habitis.
speciatr, atq; rogatis.

Jo: M.ª Lancisius Vicesgerens

Lucas Thomasinus Prot.s [illegible]

Carolus Vatesius [illegible] Consiliarius

Antonius Placentius [illegible] Consil.s

Joannes Trullius [illegible] Consiliar.s

Pro D. Ludovico Martolo Not.o [illegible]
Joseph de Soni[illegible] [illegible]

#7549 (Burne)

#252319366